Incipit forma absolutionis sacramentalis magistri ioh(annis) Gerson

Gracia tibi et pax fr(ater) kme. Petis primo si apud aliquem doctorem reperiatur forma autentica absolutionis sacramentalis. Respondeo quod sic Et de hoc videatur summa confessorum vel bartolina super hoc verbo absolutio In illa questione utrum forma absolutionis debeat fieri sub modo indicativo Et sicut illa que ibidem reperitur patebit satis inferius Ad secundum quod secundo petis scilicet Que sit forma sufficiens Deinde ad 3m quod queris unde tot varietates in forma ista absolutionis Respondeo quod ex ignorantia vel negligentia sufficienter inquirendi quid agendum sit circa sacramenta Secundo cur plus circa istam formam quam circa alias Ratio una est Quia alie forme dicuntur publice et inveniuntur scripte sic quod leguntur Hec autem occulte et absque libris arbitrarie fit negotium. Est et alia ratio quia quod actus confessionis et absolutionis est quidam actus iudicialis. ubi videtur sufficere quod sacerdos iudex explicet sententiam suam quibuscumque verbis dummodo intendat absolvere sicut dicimus in matrimonio quod consensus interior cum hoc significatus exterius quibuscumque verbis primo et signis sufficit in mutuo sufficit ad matrimonium contrahendum. Deinde quod solutione aliorum quesitorum et declaratione premissorum scribam formam modum quo utor in huiusmodi absolutionibus Unde si nichil dubitatur de excommunicatione omnino dico primo per modum imprecationis quod de congruo premittitur

Absolucio.

Dominus noster ihesus christus te absolvat. Vel parcat tibi deus. vel dum mora maior est Misereatur tui omnipotens deus et dimissis omnibus peccatis tuis perducat te in vitam eternam Deinde subiungo cum intentione interiori absolvendi quantum possum et secundum auctoritatem mihi commissam et dico Ego te absolvo a peccatis tuis in nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Nec oportet aliud addere. nec istud in communi aliis. nec istud adiectivum omnibus. nec istud oblitis. nec istud contritis. Primo patet quia si ponitur hoc adiectivum contritis cum virtus sacramentalis absolutionis valeat super penitentem solum attritum licet nondum contritum Et ita est additio quodammodo distrahens que presupponit contritionem precessisse que non semper precessit. Patet etiam extra nec oportet addere. quantum possum. et adhuc minus istud. quantum debeo. quia sepe sacerdos non tenetur aut debet absolvere et ita est additio distrahens Item nec oportet addere auctoritate mihi commissa etc. Omnia enim talia sufficienter fiunt et valent per intentionem interiorem quam habet sacerdos vel habuit in volendo absolvere Unde quod regula teneatur quod forme sacramentorum debent esse absolute et non conditionales Et si opponatur quod in baptismo dicitur quandoque Si tu non es baptizatus Ego te baptizo etc. Respondeo quod illa conditio non se tenet nec tenere debet ex parte forme sed solum ve-

ferenda e ad explicationem itentionis quam h3 sacerdos quam itentionem iddo explicat ne putetur uelle baptizare puerum iam baptizatum et ita facere iniuriam sacramento. Unde apparet quod sufficeret itentio interior sine tali explicatione nisi quod forte ecclesia voluit sic fieri dicta. Simile esset in dubio quod aliquis habet de hostia posita ante eum dum celebrat et nescit plene si consecrata sit iam uel non uel puta quod nescit si protulerit sufficienter verba consecrationis etc. Tunc si cum ita sit securitatis amplioris sufficiet quod homo cum itentione ista quod non itendit consecrare istam hostiam si sit consecrata dicat verba consecrationis. Quibus taliter repetitis non sit passim facienda nec esset in hoc assuescendum. Additur quod predicta forma absolutionis sacramentalis sufficit in quacumque absolutione quod prius siue fiet post unam absolutionem iam dictam siue non. Nec oportet dicere absoluo te ab isto peccato etc. sed sufficit sic prius. Denique cuius obseruatur breuis et succincta forma absoluendi posita. Quod dum fiunt tot additiones que uel sunt superflue uel que distraherent aut impedirent. Ceterum quo ad absolutionem de excommunicatione dicitur quod in foro publico non sacramentali non certa forma requiritur. Sufficit quod ille qui potestate iudiciaria significaret itentionem suam quod vult talem absolutum esse. Porro quo ad sacramentalem ablutionem que ulterius requiritur et circa cuius omissionem multi deficiunt precisa forma non ita requiritur sicut in aliis sacramentis. Unde ista forma sufficit cum itentione interiori sicut prius explicabatur. Ergo absoluo te ab excommunicatione uel excommunicationibus etc. Et potest addi licet non sit necessarium istud. Et restituo te sacramentis ecclesie et omnibus diuinis. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Verum quo ad minorem excommunicationem que contrahitur ex participatione cum excommunicatis sufficit eadem forma. Sed quo ad excommunicationem largo nomine dictam que contrahitur ex quolibet peccato mortali quod separat hominem a deo puto quod non requiritur specialis forma. Sed sufficit illa quam dicam est prius. Amplius vero quo ad irregularitates contractas celebrando in excommunicatione uel alio tali modo sicut habetur in constitutionibus decretalium forma non est certa et precise requisita cum sit quedam actus iudicialis magis quodammodo quam ordinis. Quamuis aliquis potest consonum sit dicere sicut etiam penitentiariorum usus habet. Ergo absoluo te ab irregularitate uel irregularitatibus si sunt plures et restituo te sacramentis ecclesie et dispenso tecum. Et si ponitur quod futuro tempore ut homo legittime possit celebrare uel uti sacramentis. Demum additur In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Tandem ad hoc quod inquiritur si sit expediens in iniunctione penitentie dicere omnia verba que facies. Sunt tamen quod generaliter prima dicitur quod forte quod per huiusmodi omnia talia bona habent vim satisfactoriam licet non tamen sic. Si specialiter iniungerentur omnia sic debent fieri propter periculum transgressionis et culpe seu inobedientie inde consequentis. Tenor questionis de qua supra fit mentio in summa confessorum in libro iii titulo 34 q. cxi habetur. Explicit forma absolutionis sacramentalis Jo. Gerson.